



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Thomas Methamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

singulis, benè Regi, Reginae-
que precatus: *Pater noster*,
Aue MARIA, *Credo*, *Veni*
creator spiritus, &c. dixit, &
pependit felix.

Matthias Vitriarius. Coad.
& Soc.

Cum P. Christophoro Spo-
teco (de quo 14. Iunij egi)
multa perpeffus, demum in
carcere heretico peste deces-
sit: & post illum *Nicolaus*
Mercator. Coad.

P. Thomas Methamus.

Vir doctrinæ ac sanctimo-
niæ nomine celebratus; at ob
fidem orthodoxam assertam,
Elizabethæ Reginae inuisus,
eòque carceri mancipatus,
Londinensè turrim per qua-
tuor annos incoluit. Inde in
alios ex alijs carceres de-
portatus, demum inter palu-
des in Visbicensi ergastulo
per

Lithuani.
Stochol-
mie.

28. Iunij.

1601.

ætat. 26.

Soc. 3.

Ætatis

36.

Soc. 3.

Anglus.

Visbici.

Iunio.

1592.

ætat. 60.

Soc. 9.

Fides.

per annos plures ea passus est quæ procaces hæreticorum linguæ, ac immortale in orthodoxum nomen odium suggerebat. Ita vitam per annos 17. in carceribus ærunosam longâ morte clausit, eruentam semper desiderâs, & expectans.

P. Bartholomæus Sanchez.

*Hispanus.
Babayeni.
Iunio.
1642.
ætat. 29.
Soc. II.*

*Edicatio.**S. Xaver.*

Natus ex voto, quo Deo à parentibus antea sterilibus deuotus est. Paruulo pompæ secularis horror ab iisdem iniectus, dicentibus; diuites superbos ijs quibus cum pompa vehuntur splendidis curribus, velut auriga dæmone, ad infernum vehi suæ salutis oblitos. Videbatur sibi sensu intimo ad imitationem S. Xaverij permoueri, quodd eum videret suo ingenio valdè esse consentaneum.

Et